



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Hugonis Grotii, Johannis Cocceji & aliorum explicatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

362 De CALCEIS HEBRAOR.

mare Moabum , quam in domo opulenta æstimari solet podoniptron , uti putavit eruditissimus Botius , sed Moabum vel pollubri vicem sibi præstare. Pariter , cum de Edomo dicit , *se in eum calceum projecturum* , non id dicit , se Edomum habere tanquam vilem aliquem locum , in quem calcei fodiendi & veteres conjiciuntur , sed Edomum se habere tanquam servum , cuius opera in curandis calceis esset occupata.

Grot. ad
Matth. 3.
¶s. II.

Grot. ad
Ps. 60. 10.

Coccej. ad
Ps. 60. 10.

X. Alia est viri illustris Hugo-nis Grotii sententia , David , illi-quit , Idumæo ait se objectum solitas , nimirum ut exutas auferat. Hoc est enim quod βασιλεὺς τὸν οἰδηματικόν Matthæus dixit . Quod idem ministrum denotat τὸν λύσαν τὸν οἰδηματικόν . Act. 13. 25. Sive ὁ ιερέας τῶν οἰδημάτων Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. & Ioh. 1. 27. ministerium scilicet servis vilissimis ; mandari solitum . Paria notavit vir illustris ad verba Da-vidis : Idumæo extendam calcem meum , nempe ut eum mihi detrabat , ut viles servuli solent . Ex eodem more hæc verba exposuit docti-simus interpres Johannes Cocce-jus :

jus: In Edomum conjicio calcæos
meos. h. e. Sic mihi serviunt, ut
mediastini, in quos conjicio calceos, ut
eos excipient & auferant. Sic Iohan-
nes Baptista fatetur se indignum, qui
calceos domini asportet, h. e. mediasti-
ni officium illi exhibeat. Quam sen-
tentiam tum alii probarunt, tum
nuperrime vir eruditissimus Johan-
nes Braunius. Sed Thomas Ga-
takerus mavult ulterius abje-
ctiusque quiddam ea formula insi-
nuari, nimirum, quemadmodum
infimæ prorsus sortis servi calce-
os pulvere conspersos, sive luto
confuscatos emundabant & exter-
gebant, Davidem dicere, se ad
hoc, cæteroquin omnium vilissi-
mum abjectissimumque ministe-
rium, Idumæorum opera abu-
surum, ut eos quasi pro peniculo
habeat, quo calcei sui extergean-
tur.

XI. Ad servilem aliquem mo-
rem Davidem allusisse ego dubito
nullus. Cecinit enim hunc Psal-
mum, ut inscriptio docet, cum
Joabus imperator exercitus Edu-
mæorum octodecim millia cecidis-
set, post quam pugnam plane sunt

Q 2

do-

Braun. de
Vest. Sa-
cerd. Hebr.
pag. 59.
Gatak.
loc. cit.